

Petrus Tomicki episcopus Cracovi-
ensis regni Poloniae vicecancellarius,
Nicolaus Lukowski preposito Varsavi-
ensi et cancellario Ducatus Masoviae

115

Reverende domine frater et amice in Christo
charissime. Dolemus ex animo immatu-
ram mortem illustrissimi principis domi-
ni Stanislai ducis Masoviae, fuit enim
multis egregiis virtutibus, et optimi prin-
cipis dotibus singulariter praeditus. Quia ver-
o non licet adversari divinae voluntati, fer-
re debemus omnes lugubrem illius obitum
aequo animo, et dominum Deum orare,
ut animam illius ad sedes suas siedere-
as, et sinum Abrahae recipiat.

Quod autem attinet ad nostram per-
petuam observantiam et animi propensio-
nem erga istam ducalem domum, hanc
nullo unquam tempore mutare volumus,
sed ita ut consuevimus, omni studio et di-
ligentia nostra, volumus commendata habe-
re omnia illius negotia. Illustrissimo eti-
am domino duci Janussio, et charissima
eius sorori, curabimus in omnibus actioni-
bus et rebus, adesse consilio et patrocinio
nostro, modo illustriates suae dignentur ha-
bere nos, et deum ac subditos nostros,
in gratia et protectione sua commendatos,
quod

1224

quod nos illis omnibus viribus et obsequiis nostris referre curabimus.

In rebus privatis vestrae dominationis, id quod ad praesens potuimus, non gravatim prestitimus, posthac autem, postquam plene edocti fuimus de rei positione et veritate, favorem et benevolentiam nostram ex ea illam abundius declarabimus. Quae valeat felicissime et nos diligat. Datum.